Vana spei simulacra prosternes humi,
Opesq; fluxas pauperum gregi, manu
Larga seres, messem manens tutissimam.
Nam, gaze ad instar, condis in caelo, sata.
(C H R I S T V M sequaris, qui sapiens Verbum est
Dei.)*

Ioh. 11. 1.

325. *O ter beatus, terg, felicissimus,
Lucens ut astrum, senibus ac iuvenculis.
Nam vita pietas lucet astris clarius.
Te Vatum, Apostolorum, & omnis Martyrum
Cinget chorus, & cœu corporis membrum sui,
330. Te redimiet, plausu triumphali addito.
Tunc gloriâ fruēris incessabili,
Et laurifer saltabis inter Angelos.
333. Valeto, scriptorumq; ne sis immemor.*



*Fidei + typum, gravisq; sanctimonie + effigiem
Imaginem vivam, salutes plurimum:
Olympiadem, dico, tuam materteram.*



*Iamborum numerum vis scire, Selene? teneto
Tres hecatontadas, & decadas totide monadas tres.
Semper enim Triadis sobolem re compreco esse.*

AD



A D D A M P H I L O'

chij Epistolam

Breves Notæ , quibus vel
lectionis diversitas monstratur , vel
obscuriora quædam adductis lo-
cis consimilibus utcunq;
illustrantur.

 D Versum 2. οὐ γενὸς φίλος κλάσ-
σομαι Metaphora non lareconsul-
tis modo , sed ipsi etiam scripturæ
notissimā , interdum nobiles aut illustres fa-

Apo. 22. 16. miliæ , Arborum similitudine depinguntur,
et φίλος ἡγ τὸ ac radix aut stipes nominatur primarius vel
γένος τὸ Δαρεῖ antiquissimus prosapiæ illius autor , ut Esa.
61. 11. j. & cap. 15. 2. al. c. 14. 29. Hoc loco (n̄
fallor) speciatim innuit Seleucidarum fami-

l. Macc. 1. v. liam , è qua j. Maccab. 1. 11. ortus dicitur 'Av-
11. 25. Αθην. li. 10. Τιοχος ἐπιφενν (Antiochus der (Edel)
c. 36. fol. 216 impietate , saevitia , profusione ac temulentia
Gr. 327. Lat. sua ita celebris , ut non tantum plerig. è sub-
Et. lib. 5. c. 7. ditis hunc potius ἐπιφενν , b. e. furiosum ap-
fol. 97. 98. Gr. 145. 146. pellantum censuerint , sed & ipse Spiritus
Lat. Sanctus eundem φίλος ἀμαρτωλού (Eine
schädliche

schädliche böse Wurzel / r. Maccab. r. rr.)
cognominarit, quod illustrissime laudatissi-
mag, stirpi fædam aspersisset labem, quam
tamen sequentibus annis pro virili eluere
conatis sunt; cum filius Alexander, r. Macc.
10. i. tum reliqui etiam pôsteri, è quibus ali-
quot seculis iam clapsis in lucem editum ar-
bitror hunc Seleucum, cum quo Amphilochi-
us in præsentia per literas interpretes agit.

49.

Vnde necessariò coniçimus, regulam de pro-
genitorum indole in sobolem propaganda, των ποι γέρ
non esse perpetuam, sed creberrimè ita con-
tingere, ut liberi à parentum vestigis in al-
terutram partem deflectant, (Ezech. 18. v. 5. πελούσαις
10. i. 4.) ideoq; nemini maiorum flagitia ob-
esse debere, Ezech. 18. 19. nec vice versa illo-
rum rebus preclarè gestis stolidè superbient, των ποι δέ
dum, sed dandam esse operam, ut vitijs sum-
ma cura devitatis parentum virtutes imite-
mur, nec solum honestam famam ab ijs ac-
ceptam conservemus, verum etiam insigni
acceßione honoris auctam, ad posteros trans-
mittamus.

Nam genus & proavos, & quæ non fecimus Ovid. 13. Me-
tam. 140.
ipſi,
Vix ea nostra puto.

D

Non

50. Non iniuria igitur D. Hieronymus salse ir-

Ad Demetrii, ridet rhetores, quorum disciplina sit, ab avis
adem, de sero atq; atavis, & omni retro nobilitate orna-
vanda virgo, Tom. re, quem laudent: ut ramorum sterilitatem,
1. fol. 38. RADIX fœcunda compenset, & quod in

fructu non teneas, mireris in trunko.

Vers. 3. χαρεψιν δε οὐκούτος) In Graeco ἀν-
ταυθηλαστι vel potius αναφορæ elegantior
est, quandoquidem χαρεψιν utrumq; & salve-
re aut valere, & latari, significat, veluti si
Latinè dicam:

Avere iubeo, nobilis radiculae

Ramum, Seleucum, filium bonū ac probum,

Quin vita, & arte, ac moribus ipsem et tuis

Avere, meq; efferre magnifice velim.

Pag. 256.

Nam ut Festus monet: Avere, nihil est
aliud, quam cupere. Argumento est, (quod
dicimus) avidum & aviditatem: ex qui-
bus præcipua cupiditas intelligitur, cum signi-
ficiet & gaudere.

Vers. 5. φόβον καὶ τόπον) Hi affectus, li-
cet planè diversi, ac propemodum contrarij
videantur, aptissime tamen ab Amphirochio
coniunguntur, ob necessarium discrimen in-
ter Timorem servilem & filialem, de quo
prolixius egi in Compendio Theologico p. 504.

& sequentibus, adiectis inter alia etiam ver-

51.

sibus Paulini, è Psalm. 2. 11:

Deseruite Deo trepidi, mixtoq; fideles

Exultate metu: fiat discordia concors,

Difficiles socians affectus pectore in uno,

Ne timor affligat mentes, vel gaudia solvāt,

Si careant læto pavidi formidine lethi.

Ebr. 2. 15.

Discite iustitiam, rectosq; capessite mores,

Et iusto trepidate Deo: gaudete benigno.

Vers. 6. ἀρχὴν τέλος) Sic & Nazianzenus, Amphilochij σύγχρονος, in Monostichis, fol. 1170:

Ἀρχὴν ἀπαρτων οὐ τέλος + τοῦτο θεός. † al. τοῦτο.

Vterg; procul dubio è verbis ipsius Christi,
Esa. 41. 4. Esa. 44. 6. Esa. 48. 12: Ego primus
& novissimus. Item, Apoc. 1. 8: ἐγώ εἰμι τὸ
Α νοῦ τοῦ Ω, ἀρχὴν τέλος, Ego sum Α & Ζ,
principium & finis. Que, licet ipsius aeterni-
tatem potissimum stabiliant: nihilominus
eādem operā nos instruunt, in quibuslibet
actionibus à SS. Trinitate nobis capienda
primordia, easdemq; ad solius Dei gloriam,
utpote συντιμώτατος τέλος, referendas esse, Suid. γεννητα-

1. Cor. 10. 31.

Vers. 8. τὸν τρόπον) Non igitur audi-
endi sunt, qui Stoicam ἀπόθεσαι, vel rustici-

D 2 tatem

τική.

¶2.

tatem morum, nescio cuius religionis praetextu excusare conantur. Nam vera pietas (σωφροσύνη, ἡ φρόντιον, θικεσσούλη νοῦ ὀνδρέαν) modestiam & prudentiam, iustitiam & fortitudinem docet, Sap. 8. 8. atq; harum sane virtutum initia non haurit ex Ethicis, sed à Spiritu Dei, 2. Tim. 1.7. qui Sap. 7. 22. τὸν εὖ μα νοεῖν, σύγιον, πραΐνειν, εὔμολινον, σεφεῖς, ἀπίμακον, φιλεύειν θοι, θεργυλικόν, φιλαιθρωπον, Βέσαιον, ἄσφαλτος, ἡ ἀμερικον, Spiritus intelligens, sanctus, disertus, uncontaminatus, perspicuus, innocuus, benignus, beneficus, humanus, stabilis, tutus, & securius nominatur: quod & sua substantia talis sit, & similes motus in cordibus renatorum accendat, ut quilibet suo loco.

Sit mitis, humilis, temperans, amabilis, Non invidus: iustus, sapiens, fortis, gravis, Constats, modestus, in labore sedulus, quemadmodum hic noster autor versibus proxime sequentibus requirit.

Vers. 14. Ἀπὸ σὸν) Lucilius apud Senecam, epistola 8. fol. 77:

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

Vers. 25. συλλέμβανον, ἐν συλλέμβανον. Nam
hat

hæc quog_z lectio in ms. ad marginem anno-
tata reperitur.

53.

Vers. 33. γνῶσιν ταλεῖτον) Huc referatur
illud Biantis, apud Laertium: ἐφόδιον ἀνθρώπων Lib. I. p. 33a
νέοτης Θεοῦ γῆρας ἀναλογικόν τοφίαν. Βε= Gr. 31, Lat.
ραιοτερον γέρε τοτὸ τῶν ἀλιών πλημάτων. Sa-
pientiam tibi viaticum ab adolescentia ad ses-
neclitum compara: nam hæc omnibus alijs
certior & firmior est possessio. Et alterum
eiusdē Apophthegma, de quo Cic. in Paradox.
I: Sæpe laudabo sapientem illum Biantem, ut
opinor, qui enumeratur inter septem sapien-
tes, cuius cum patriam Prienen cepisset ho-
stis, ceteriq_z ita fugerent, ut multa de suis re-
bus secum asportarent: cum esset admonitus
a quodam, ut idem ipse ficeret: Ego vero,
inquit, facio. Nam omnia mea porto
mecum: ille hæc ludibria fortunæ ne sua
quidem putavit, quæ nos appellamus etiam
bona. Hæc forsitan nullis ταραχοῖς & vi-
debuntur, sed facilius fidem invenient apud
Christianos, qui omnia fortunæ bona pro
alienis habenda, didicerint è sacris, præser-
tim è dicto Christi Luc. 16. 12. ad cuius illu-
strationem non parum conferre potest locus
D. Chrysostomi, homil. 11. in I. ad Timoth. 4.

D. 3 fol.

54.

fol. 1578: ἐκάνα μόνον δὲν ἡμέτερα, σταῦρον
 ἐκαὶ προπέμψαμεν τὰ δὲ γύνταῦθα, οὐχ ἡμέτε-
 ρα, αλλὰ τῶν ζώντων, μᾶλλον δὲ καὶ ζωντας
 ἀπέλιπον. ἐκάνα μόνον δὲν ἡμέτερα, σταῦρος
 ψυχῆς δὲν πατορθώμεσται, ἐλεημοσιών καὶ φί-
 λανθρωπίας. ταῦτα τὰ ἔκτος γέρεν ἡμῶν δὲν-
 ποιήσουμεν τόντων αὐτὰ τῶν γύντος. δὲ γέρε-
 σιαστὸν γένηματα λαμβάνοντας ἀπελθάν, αλλὰ
 σιαστὸν ἐλεημοσιών λαμβάνοντας ἀπελθάν.
 μᾶλλον δὲ καὶ προπέμψαμεν αὐτά, ὥστε ἐτοι
 μέσσοις ἡμῖν σκηνήσῃ ταῖς αἰωνίαις μονάς.
 γένηματα λέγεται ταφάς τὸ πεγμῆδι, δὲ ταφάς
 το κυρίας ἐνναντίον: καὶ τὰ πέμπατα δὲ αὐτά, πέν-
 τος δὲν, δὲ μεταποτάσ. ἀπέ γέρεν μοι, τόσον
 ἄξιος ἐναστις ἀγρός γέγονε; οὐ τόσον ἐσαι;
 λέγεται τις οὐ ταφομένα σοφωτά την. δὲ γέρταν
 σημιωδῶν ταφομένων διὰ παταρρονάρ, ἀν-
 ἔχωσι τι σοφόμ. ἄγριο, φησιν, τόσον δὲν, οὐ
 τόσον ἐση; τότο οὐ πρὸς δικαίας, τότο οὐ πρὸς
 γένηματα λεπτέον ἡμῖν, ἀρετὴ μόνον διδεῖν ἡμῖν
 σωστοδημάν; ἀρετὴ μόνη διαβάνει πρὸς
 τὰς ζωὰς τὰς ἐκαὶ. Ea tantum nostra sunt,
 quae illuc præmittere cautiè studemus: que
 autem hic sunt, non nostra, sed viventium
 sunt, imò viventes sepe derelinquent. Illa
 sola nostra sunt, que ab anima recte fiunt.

Ezech. 7. 12.
 Qui vivit,
 habebit.

Elegomo-

Eleemosyna scilicet, ac pia in pauperes misere-
ratio. Porro ista, exteriora dicuntur, etiam
apud ipsos externae sapientia autores, quippe
quæ extra nos sunt: ea igitur nostri iuris fa-
ciamus. Neg, enim possibile est, hinc pecunia
accepta migrare, sed planè possibile est ele-
mosyna data profici: imò verò ipsa etiam
præmittamus, ut nobis in aeternis mansioni-
bus tabernaculum præparent. Pecuniae enim
Græco vocabulo ab usu dicuntur, non quod
propriae sint, imò & possessiones ipsæ, usus,
non dominatio sunt. Dic enim, quæso, villa
quælibet quot habuit dominos? quot itidem
habitura est? Dicitur quoddam vulgo pro-
verbium, & sapienter quidem. Neg, enim
omnino contemnenda sunt, quæ vulgo di-
cuntur, si quid in se recti habent. Ager, ins-
quit, quam multos habuisti, & quam
multos adhuc habiturus es dominos?
Hoc & ad domos & ad pecunias ritè dici po-
test. Sola igitur virtus nobiscum migrare
consuevit. Virtus sola ad eternam vitam
pertransit. Et paulo post: τί τότωρ δέν αλο-
γάτεροι, οἵ παντων καὶ τολυτελέστε-
ρων, οὐ ἀκολύθων βελονται φένεδι; τί τάλπης
τῆς δέξιης ψεμμένεροι, τῆς οἵ παντων καὶ
οἰκετῶν

55.

Luc. 16.9.

Fol. 1579.

δικετῶν σωματικῆς ; γνωρεῖς Θεόν ; μηδένι
τὸ τῷν κέχρου. δικέον ἔχει τὸν πόσμον, μηδὲ
τὴν ἐπέρσην περιβοτίαν. τάντας οὐ πονηρούς, οὐ μα-
ρούς, καὶ ἀγριούς, καὶ πάντες, δοσοις πλούτος με-
τέχοσι, σώμανται ἔχειν. καὶ μέμον, καὶ ὄρχη-
στας εἰππων φέρονται, καὶ δικέτης προστρέ-
χοντας ἔχοσιν : ἀλλ' ὅμοιως μέμον εἴτε καὶ ὄρ-
χησαν, καὶ συγένειοι σεμνοὶ ἀλλὰ τῶν ἐππων
καὶ τῶν ἀκολυθῶν. ὅταν γὰρ μαδέν τῶν γνῶνται
χρῆσταλῶν προστῆνται τοιστῷ, τάντας οὖν εἴσω
θεν προσεθῆτεν καὶ ματήσων, οὐ καθετεράδε-
ναι τοῖχων, οὐ μεφθορόν σώματες, οὐτε αὖ τοις πε-
ριθν μένδες οὐδὲ μεφθεροίς : στρωμάτησον γνῶ-
ταῦθα σδεμίουν οὐ χρήσονται οὐτε τῶν ἐκτὸς
πεστλαμβανούν, ἀλλὰ μένδες τοῦ σακροῦ, καὶ μν-
ρία τοις αὐτοῖς περιθν γρυπαῖς. μηδὲν προσταῦ-
τας ἐπέσκιμοι ἀνθρώποι, ἀρχήσομεν ἐστι τῶν
πεστλαμβανούν, τῶν μαζόνων, ἐχώμεθα, τῶν
πενυματικῶν, τῶν ὄντων αἰδεστίμονος ποιεῖσθαι
μητές, οὐτας καὶ τῶν μελόντων ἐπιτίχωμεν ἀλ-
γεῖσθαι. Quid irrationalius dici possit,
quam velle ex equorum ac preciosae vestis,
clientumq[ue] apparatu putari illustrem? Quid
vilius atq[ue] abiectius dici potest ea gloria, que
in equis ac famulis consistit? Virtutis studio-
sus es? nullo istorum utere: proprias habeto

divitias,

divitias, propriumq; ornatum. Hæc enim &
nequam homines, ac scelerati, & rustici, la-
tronesq; omnes, qui divites sunt, habere va-
lent. Mimi item, ac saltatores, feruntur e-
quis, famulosq; habent, qui ante se currant:
mimi tamen atq; saltatores sunt, & ex equis
& famulis nihil honestiores evaserunt.
Quando enim ijs, qui huiusmodi sunt, nulla
inest animi virtus: frustra & incassum
haec extrinsecus apponuntur. Et quemadmo-
dum caducus paries, aut nimium fragile
corpus, in sua imbecillitate perdurant, que-
cung, etiam ijs apposueris: ita & hic anima
nullum emolumentum sumit ab his, que
sunt extrinsecus, sed eadem permanet, que-
cung, ornamenta aurea ipsi forinsecus cir-
cumdes. Non ista miremur attoniti, sed ani-
mos a temporalibus ac fluxis rebus, ad digni-
ora transferamus, & spiritualia tantum se-
temur, quæ nos re vera honestos ac vere
cundos reddunt, ut etiam futuris bonis per-
fruamur.

57.

Vers. 35. Βιβλοis τωντῶν) Basilius in ser-
mone ad adolescentes, quomodo è genitium
libris proficere possint, fol 226. Gr. 407, lat:
καὶ τοῖς τωντῶν, καὶ λογοποῖες, καὶ γριποροι,

καὶ

58. Καὶ τὰς τινὰς αὐθρώποις ὀμιλητέον, οὗτον δὲν μέλλει προς τὰς τινὰς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὀφελεῖσθαι σεῖς. Poëtis, historicis, oratoribus & omnibus hominibus conversandum est, si utilitas quædam inde ad animam redundat. Eosdem autores iuuenibus perlustrandos suadet Amphilochius, veruntamen ut (λεπτοὶς φιλοσόφων μετίμων) subtile Philosopherum curas, hoc est, præcepta & exercitia Logica, tanquam filium Ariadnes, ijs coniungenda pronunciet.

Fol. 22v.

Verf. 39. συμμέγονον τῷ χρήσιμον) Ita Basilius quoque monet, μὴ διῆν εἰς ἄπαξ τοῖς αὐδράσται τοῖς ὀντοῖς ὥστε τοῖς ταῦθισταῖς τινας δικανίοις ταχαδὸν ταῖς, οὐπερδιῆν ἀγωνοῖς ταῦθι σωματεῖς, ἀλλ' ὅσον δεῖ χρήσιμον αὐτῶν δεκχομένος, εἰδένει τί τῷ χρήσιμον ταῖς ταῖς: nos nequaquam per omnia scriptores Ethnicos sequi debere, quacunq; illi nos ducant, sed tantum ē libris illorum excerptanda, quæ sint utilia, ut interim sciamus, quid negligendum sit. Et Nicephorus lib. 10. cap. 26. fol. 588.

* **Factus.** Spectatores * numularios nos esse divinum oraculum inbet, & ut pulcherrimum quodque ex rebus omnibus diligentes, quod malum est, abiciamus: quod bonum autem, disquisitus,

ramus, atq; inventum retineamus. Vbicung;

59.

enim aliquid boni est, id ipsius veritatis est.

Eodem pertinet prolixus Augustini locus,

lib. 2. de doctrin. Christian. cap. 40. quem

integrum allegavi, in Adagijs sacris, Cent. 5. Spolia Aes

proverb. 24. pag. 731. Nec minore circum-

gypti, Exode

specione in Divorum Patrum voluminibus

^{11. 2.}

perlustrandis opus est, è sententia D. Hiero-

nymi, qui tom. 3. fol. 143. inquit: Ego Ori-

genem propter eruditionem sic interdum le-

gendum arbitror, quomodo Tertullianum,

Novatum, Arnobium, & nonnullos ecclie

siasticos scriptores, Græcos pariter & latinos:

ut bona eorum eligamus, vitemusq; contra-

Esa. 7. 15.
ria, iuxia Apostolum dicentem: Omnia pro-

Thes. 5. 21.
bate, que bona sunt tenete. Ceterum qui vel

in amorem eius nimium, vel in odium sto-

machi sui pravitate ducuntur: videntur

mihi illi maledicto propheticō subiacere: Vae Esa. 5. 20.

bis, qui dicunt bonum malum, & malum

bonum: qui faciunt amarum dulce, & dulce

amarum. Nec enim propter doctrinam eius,

prava recipienda sunt dogmata: nec propter

dogmatum pravitatem, si quos commenta-

rios in Scripturas sanctas utiles edidit, peni-

tus respuendi sunt. Quod si contentiosum

inter

inter se amatores eius & obtrectatores funem duxerint, ut nihil medium appetant, nec servent modum, sed totum aut probent aut improbent: libentius piam rusticitatem, quam doctam blasphemiam eligam.

Vers. 41. μελίσης ἐργού) Basil. ibidem: πατέρα ταῦταν τῶν μελισῶν τὰ ἀπόκοντά τῶν λόγων ὑμῖν μεθειτέον, ἐπεινάς τε γέρες στε ἀπαστοῖς αὐτοῖς παραπλησίως ἐπέρχονται, στε μηδὲς ἄνεψιν τραπούν, δλα φέρειν ἐπιχαρδσιν, ἀλλ' οἵσον αὐτῶν ἐπιτίθενται τοῖς ἐργασίαιν λαβόσσαι, τὸ λοιπὸν χαίρειν αὐτοῖς: ἡμᾶς τε τὴν σωφρονεῖδιν, οἵσον οἰκιον ἡμῖν καὶ συμμετεῖ τῇ ἀλιθέᾳ τῷ αὐτῶν πομπαῖ μενοι, ὑπερβησόμεθα τὸ λειπόμενον. *Istiusmodi scriptorum*, perfecto apum exemplo, participes simus. Quemadmodum enim hæ non omnibus floribus similiter insidunt, neg. ex ijs, ad quos advolant, omnia sècum auferre conantur, sed quantum ipsis ad opus necessarium fuerit comprehendentes, reliquum dimittunt: ita nos etiam, si sapimus, quantum nobis congruum & veritati consentaneum est, ex ipsorum scriptis asportantes, reliqua præteremamus. Idem hoc ipsos Ethnicos auditoribus suis inculcasse, patet ex Isocratis ταξιντος ad Dæmonicum, quam orator his verbis

elaudit: χρήσεις της παλαιαγαθίας, ην
 μὴ μόνον τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἀρμάτοις ἐμπέναν,
 ἀλλὰ καὶ τῶν τωντάρων τὰ βέλισσα πανθάναν,
 οὐτε τῶν ἄλλων σοφισμῶν εἰς τι χρήσιμον ἔργον
 οὐκ, αναγνώσκειν. οὐτε εἰς γαρ τὴν μελιτῆν
 ὅρμεν ἐφ' ἀπάντα μὲν βλασφματα παθίσεις
 νοσοῖς, αφ' ἑπασδέ τὰ χρήσιμα λαμβάνει
 σαν: οὐτω χρὴ οὐτὲ τὸς τωντάρων δρεγούσις,
 τεκτενός μὲν ἀπέρρως ἔχειν, τωνταχθέν δέ
 τὰ χρήσιμα συλλέγειν. Decet virtutem &
 honestatem expetere: nec ea servare dan-
 taxat, que nos diximus, sed & Poëtarum
 optima quæcūq; discere, & ea legere, quæ alijs
 viri sapientes utiliter præceperunt. Nam ut
 apes omnibus quidem insidere flosculis, de-
 singulis autem utilia carpere videmus: sit
 eruditionis etiam comparanda studioſos, nul-
 lius rei esse rudes, sed undiq; utilia colligere
 decet. Ad quem locum allusisse arbitror Lu-
 cretium, sub initium libri 3. vers. 9. ubi de
 Epicuri libris canit:

Tu pater, & rerū inventor: tu patria nobis
 Suppeditas precepta, tuisq; ex, include, chartis,
 Floriferis ut apes in saltibus omnia + limant: + al. libans.
 Omnia nos itidem depascimur aurea dicta:
 Aurea, perpetua semper dignissima vita.

Versi.

62.

Vers. 48. ἀκύπτει Θεος) Senec. de tranquilitate animi, fol. 345: Naturā humanus animus agilis est, & pronus ad motus.

Fol. 226.

Vers. 49. ἐσ αὔρητις εὐκόμιας) Basil. loco sapientis allegato: ἵναντα αὐτὸν μᾶλλον ἀκέδεξιώμεθα, γὺν εἰς αὔρητις ἐπίκνεσαι, ἢ τονηρίαν διεσελοφ. Eapotius ab illis recipiamus, aut mutuemur, in quibus virtutem laudārunt, aut vitia vituperārunt.

Fol. 227.

Vers. 61. οὐκέ τὰς ἀκάνθας φεῦγε) Idem Basilius, Amphilochij ὄμηλις: (quamobrem non mirandum, quod hic plures illius sententias emulatus sit) in homilia ad adolescentes, de legendis Ethnicorum libris: οὐθεὶς περ τῆς φοδωνίας τὸ ἄνθετον σφετέρων, τὰς ἀκάνθας ἐκπίνουμεν: ὅτῳ οὐκέ ἐπί τῶν τοιστῶν λόγων, οὗτον χρήσιμον καρπωσάμενον, τῷ βλαβερῷ φυλαξίωμεθα. Quemadmodum in legendis rosis sententes declinamus: sic in huiusmodi sermonibus, quicquid ntile est carpentes, noxia vitemus. Plura in hanc sententiam expeditabunt. Adagia sacra, Cent. 3. prov. 16. &

Simil. 65. p. 2+3. ē lib. 2.
fol. 155.

Similitudines Biblicae ταχροιωδεῖς, ubi adduximus illud Clementis Alexandrini: γεωργῆς μὲν ἴδειν, τῷ γὺν ἀκάνθας φύσιμον φόδον ἀβλαβεῖς λαλᾶν, Agricola quidem est propri-

um,

um rosam, que in spinis nascitur, citra noxiam
carpere. Itemq; distichon Na^zianzeni:

Pag. 142. ē.

carm. ad

Christ. post

silent. v. 35.

Ἐγνοὲν ἀπὸ Φαρισαῖον, γόδον πρενάντος ἀπὸ^{τοῦ}
ἀνανθύσεως

ἀπὸ τοῦ ἀσακένων στον, ἀφίσ-

ναλατύλων:

eiusdem fere sensus, cum Apophthegmate
Virgili, qui se aurum ex Enny sterquilinio
colligere fatebatur. Quo allusisse censeo Hie-^{p.} Ram. in
ronymum, in epistol. ad Latam, de institu-^{vita Virg. p.}
tione filia, tom. i. fol. 27. cum ait: Gran.
dis esse prudentiae, aurum in luto quæ-
rere.

Vers. 69. Boorūnūrā) Licet generale sit
vocabulum, hoc loco tamen commodissimè
ad ovillum gregem restringitur. Nam, ut
Columella lib. 7. c. 5. (pag. 342.) afferit, Oves
frequentius, quam ullum aliud ani-
mal, infestantur scabie, &c. Hec ubi cae-
pit irrepere, sic intelligitur: vitiosum locum
pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu, vel
ungula tundunt, aut arbori affricant, parie-
tibusve detergent: quod ubi aliquam faci-
entem videris, comprehendere oportebit, &
laram diducere: nam subest aspera cutis, &
velut quadam prurigo. Cui primo quodq;
tempore

64. tempore occurrentum est, ne totam
progeniem coinquinet, & quidem ce-
leriter, cum & alia pecora, tum præ-
cipue oves contagione vexentur.
Quod Hieronymus (lib. 3. Commentarior.
in Epistolam ad Galat. tom. 9. fol. 94.) bre-
vissime ita contrahit: Iuxta vulgare pro-
verbium, unius pecudis scabies, totum
commaculat gregem. Frequenter addu-
ci solet, de contagio morum, qui paulatim in
familiares & quotidianos convictores trans-
eunt, ut Seneca (in lib. de tranquillitate ani-
mi, cap. 7. fol. 347.) testatur: Serpunt vitia,
& in proximum queng, transiliunt, & con-
taetu nocent. Et epist. 7. fol. 76: Inimica est
multorum conversatio. Nemō non aliquod
nōbis vitium aut commendat, aut impri-
mit, aut nescientibus allinit, &c. Vnum ex-
emplum aut luxurie aut avaritiae, multum
malifacit. Convictor delicatus, paulatim
enervat & emollit. Vicinus dives, cupidita-
tem irritat: malignus comes, quamvis
candido & simplici, rubiginem suam
affricuit. Cum primis vero istiusmodi pro-
verbia locum habent in pueris & adolescen-
tibus, quorum etas facilius in vitium flecti-
tur.

sur. Quamobrem Varro in libello de liberis
educandis, ab eorum conversatione impro-
bos ab alienari iubet, ut in grege opilio oves
minus idoneas, (h. e. morbo graves) remo-
vere solet, quas reñculas appellat: & aulio-
noyas loco è vestigio subiungit verissimum
hoc Epiphonema: Sæpe enim unus puer
petulans atq; impurus, inquinat gres-
gem puerorum. (Citante Nonio Marcell-
lo, pag. 579.) Eodem referri potest carmen
Iuvenalis, sat. 2 vers 78:

— Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totq; in ægris
Vnius scabie cadit, & porragine porci,
Vvagj, conspecta livorem dicit ab uva.

Vers. 75. Πάνδοκα (D.) D. Apostolo tri-
buit Scenarium, quem is (1. Cor. 15.33.) è Me-
nandro, vel potius ex Euripide allegaverat,
ut in Adagijs sacris, (Centur. 3. adag. 89. pag.
552.) prolixè monstravi, eadém opera in unū
locum collatis plerisq; veterum sententijs,
que huic versui nonnihil lucis afferre
possunt.

Vers. 78. Θεοφῶν (Seneca, epist. 7. fol.
76:) Nihil est tam damnosum bonis moribus,
quam in aliquo spectaculo desidere. Tunc

E

enim

66. enim per voluptatem facilius vicia surre
punt. His iungatur integer Tertulliani liber
De spectaculis, praesertim cap. 25 fol. 146.
ubi Presbyter doctissimus inquit: Quale
est, de Ecclesia Dei in Diaboli ecclesiam ten-
dere? de caelo (quod aiunt) in cœnum? illas
manus, quas ad Dominum extuleris, post-
modum laudando bistrionem fatigare? eis
ore quo Amen in sanctum protuleris, (1. Cor.
14. 16.) gladiatori testimonium reddere?
eis auditas, alij omnino dicere, nisi Deo Chri-
sto? Cur ergo non eiusmodi etiam Dæmonijs
penetrabiles fiant? Nam & exemplum ac-
cidit, Domino teste, eius mulieris, que thea-
trum adiit, & inde cum Dæmonio rediit.
Itaq; in exorcismo cum oneraretur immuni-
dus spiritus, quod ausus esset fidelem aggre-
di: constanter & instissime quidem (inquit)
fecit: in meo eam inveni. Et ibidem, cap.
29: Si putas delectamentis exigere spatiū
hoc, cur tam ingratus es, ut tot & tales vo-
luptates à Deo contributas tibi satis non ha-
beas, neg, recognoscas? Quid enim incundi-
us, quam Dei patris & Domini reconcilia-
tio, quam veritatis revelatio, quam errorum
recognitio, quam tantorum retro criminum
venia?

venia? quæ maior voluptas, quam fastidi-
um ipsius voluptatis, quam seculi totius con-
tempus, quam vera libertas, quam conscienc-
tia integra, quam vita sufficiens, quam timor
nullus, quod calcas deos nationum, quod da-
monia expellis, quod medicinas facis, quod
revelationes petis, quod Deo vivis? Haec vo-
luptates, haec spectacula Christianorum, san-
cta, perpetua, gratuita: in his tibi ludos Cir-
censes interpretare, cursus seculi intuere, tem-
pora labentia dinumera, metas consumma-
tionis expecta, societas Ecclesiarum defende,
ad signum Dei suscitare, ad tubam Angelorum
erigere, ad martyrum palmas gloriare. Si sce-
nicæ doctrinæ delectant, sat nobis literarum
est, satis versuum est, satis sententiarnm, sa-
tis etiam canticorum, satis vocum, nec fabu-
la, sed veritates: nec strophæ, sed simplicita-
tes. Vis & pugillatus & luctatus? præstò sunt,
non parva, sed multa. Aspice impudicitiam
detrectam à castitate, perfidiam cœsam à fide,
sævitiam à misericordia contusam, petulan-
tiā à modestia obumbratam, & tales sunt
apud nos agones, in quibus ipsi coronamur.
His consentit Basilius, de legendis gentilium
libris, fol. 220: μὴ ὀφθαλμὸς ἐσιᾶγ ταῦς οὐτοὺς

67.

E 2

804

ποιει τῶν Σαμακτοπαιῶν ἐπιδέξεσιν, ἢ σω-
μάτων δέσις πέντροφροφ γναφίεντωφ. μὴ δ' ἡ τῶν
ώτων διεφθαρμένης μελωδίαν τῶν φυχῶν
καταχάν. αὐνελευθερίας γαρδήνη ταπεινοτη-
τῷ ταῦθι ἐπ τῷ τοίστουδε τῆς μετοῖης εἰδός
ἐγγίγνεσθι τεφυκεφ, ἀλλὰ τὰς ἐτέραν μετα-
διεκτίου πρᾶπιν, τὰς ἀμάνω τε καὶ εἰς σέμαινον
φέρσταν, οὐ καὶ Δαβὶδ χώμαντῷ διατείνεις
τῶν ἐτέρων ἀσματῶν, ἐπ τῆς μανῆς, ὡς φε-
σι, τὸν Βασιλέα καθίσκ. Oportet nec oculos
spectaculis, nec vanis præstigiatorum ostent-
ationibus tradere, nec per aures animarum
corruptricem melodiam haurire. Hoc enim
Musicae genus, servitutis & ignobilitatis
fructus parere, ac præterea libidinum stimu-
los acuere solet. Alia nobis Musica longè me-
lior existit, & ad meliora sequenda nos exci-
tans, qua David, sacrorum canticorum Poë-
t. Sam. 16. 23 iausus, ut aiunt, Saulem regem ab insanis
liberavit.

Vers. 86. τῷ τῶν φυχῶν) Ab incunabulo
statim ætate, vel inde usq; ab adolescentia:
quo sensu Iuvenalis (sat. 8. 166.) è contrario
præcipit:

Quædam cum prima resecantur criminat
barba.

Vers.

Vers. 87. αὐτοὶ γάρ τις οἱ ἐγγεῖοι) Sic
 Tertullianus, eodem libro, nimirum De
 spectaculis, cap. 17. fol. 143: Impudicitiam o-
 nnem amoliri iubemur. Hoc igitur modo etiā
 à theatro separamur, quod est privatum con-
 sistorium impudicitiae, ubi nihil probatur,
 quam quod alibi non probatur. Ita summa
 gratia eius de spuriis concinnata est, quam
 Atellanus gesticulatur, quam Mimus etiam
 per mulieres representat, sexum pudoris ex-
 terminans, ut facilius domi quam in scena
 erubescant. Quam denique Pantomimus à
 pueritia patitur in corpore, ut artifex esse
 possit. Et Lactantius lib. 6. cap. 20: His trion-
 num impudicissimi motus, quid aliud nisi li-
 bidines docent & instigant? quorum ener-
 vata corpora & in muliebrem incessum, ha-
 bitumq; mollita, impudicas fæminas inho-
 nestis gestibus mentiuntur. Quid de mimis
 loquar, corruptelarum præferentibus dis-
 plinam? qui docent adulteria, dum fingunt,
 & simulatis erudiunt ad vera? Quid iuve-
 nes aut virgines faciant, cum hac & fieri si-
 ne pudore, & spectari libenter ab omnibus
 cernunt? Admonentur utiq; quid facere
 possint, & inflammantur libidine, qua aspectus

E 3 maxime

maxime concitatur: ac se quisq; profexu in illis imaginibus præfigurat, probantq; illa, dnm rident, & adhærentibus vitijs corrūptiores ad cubicula revertuntur: nec pueri modo, quos præmaturis vitijs imbui non oportet, sed etiam sene, quos peccare iam non decet, in talēm vitiorum semitam dilabuntur. His consimilia quedam habet Arnobius sub finem libri quarti adversus genies, pag. 180. & 181, que sanè ad explicationem non huius modò versus, sed & plurium, maximè nonagesimi & proximè sequentium usq; ad centesimum ac decimum, in præsentia sufficere possunt. Nam singula horum vocabula curiosius investigare non libet, quandoquidem hic etiam, (ut Hieronymus ad Eustochium, tom. 1. fol. 66. licet in causa planè diversa loquitur) melius est, aliquid nescire securè, quam cum periculo discere.

Vers. 113. οὐαὶ τῷ φέρετος) Mirum, ni alluserit ad ambiguum & falsum illud Dionigenis Apophthegma, qui Didymoni mæcho, puellæ cuiusdam oculos curanti, dicebat: οὐαὶ μηδὲν ἐφθαλμὸν τῆς τῷ φέρετος ιατρίνων, τὰς αἱρεῖσαι φθείρεις. Vide, ne virginis oculum curas, puporam

pupulam vel puellam corrumpas. Nam uōn
Gracis uirung, & pupulam & puellam signi-
ficiat. Laert.lib.6. pag. 223.

71

Vers. 114. μαυρόνδες) Invehitur in
δημοσία χίτες (Niceph.lib.2.c.25.) vel pugnas
cum leonibus, ursis, atq; alijs id genus bestijs,
quibus damnati non absq; præsentissimo viæ
periculo veluti per lusum iocumq; obijcieban-
tur, ut populo spectaculum exhiberent, dum
bestias trucidarent, vel ab ijs miserabiliter
dilaniarentur. Unde hi Bestiarij nomina-
bantur: qua voce cum alibi usus est Tertul-
lianus, (in Apologetic. aduersus gent. cap. 9.
& 42.) cum etiam in lib. De pudicitia, (cap.
13. fol. 610.) ubi querelam D. Pauli i. Cor. 4.
9. latine redditurus inquit: Nos Deus Apo-
stolos novissimos elegit, (εἰς ἐπιθετικούς) ve-
tut bestiarios, quoniam spectaculum facti
sumus huic mundo. Nec impropriè. Nam
Paulum quoq; Ephesiorum plebe sic poscente,
in huiusmodi arenam introductum, ē i. Cor. 1. Cor. 1.2.20
15.3.2. & Nicephori lib. 2. cap. 25. novimus εὐχειρους κακού^{εὐχειρους κακού}
Factum id anno Christi 54. imperante Clau- σα γι. εργα
dio Cæsare, de quo Suetonius, lib. s. cap. 34: οώ.
Bestiarijs, meridianisq; adeò delectabatur, ut
etiam prima luce ad spectaculum descendere

Senec. epist.
7. fol. 70.

E 4

ret.

ret, & meridie, dimisso ad prandium populo, per sed eret. E Dionis lib. 60. fol. 259 : ἐπὶ δὲ σωματίῳ μενομαχίᾳς ἀγῶνας. τοῦτο γὰρ ὅλα, καὶ τὸ διάτελον τοῦ θεάτρου τὸν τὸν αἴσιον ναυπηγὸν τελετῆς οὐδέποτε εἴθεωρός. Exhibuit crebro ludos gladiatoriōs, quibus valde delectabatur. Prater cetera libēter spectabat sub prandij tempus eos, qui in medio theatro discerpebantur. Satis autem apparet, funesta hac spectacula, (id quod summa crudelitatis indicium est) horis matutinīs exhibita : pomeridianis verò, gladiatores populo datos, atq[ue] hinc meridianorum nomen sortitos fuisse, ut annotavit Petrus Faber San-Ioranus IC. lib. 1. Semestrium, cap. 6. pag. 38. & ante hunc Adrianus Turnebus, lib. 24. Adversarius. cap. 28. fol. 90. allegato etiam verso Martialis, lib. 13. epigr. 95 :

Matutinarum non ultima præda ferarū, &c.
 & testimonij Seneca, epistol. 7. fol. 76 : (A spectaculis) avarior redeo, ambitiosor, luxuriosior: imò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus expectans & sales. & aliquid laxamenti, quo hominum oculi

oculi ab humano cruento acquiescant. Contra
est: quicquid ante pugnatum est, misericor-
dia fuit. Nunc omissis nugis, mera homicidia
sunt, nihil habent quo tegantur, ad ictum
totis corporibus expositi, nunquam frustra
manum mittunt. Hoc plerig[us] ordinarijs pa-
ribus & postulatitij (Vid. C[on]s. Rhod. lib. 6.
cap. 32.) preferunt. Quidni preferant? non
galea, non scuto repellitur ferrum. Quo mu-
nimenta? quo artes? Omnia ista mortis mo-
ra sunt. Mane leonibus & ursis homines:
meridie spectatoribus suis obiciuntur. In-
terfectores inter se iubentur obici, & victo-
rem in aliam detinent cædem: exitus pu-
gnantium mors est. Epistola 70. fol. 134: Nu-
per in ludo bestiariorum, unus è Germa-
nis, cum ad matutina spectacula pararetur,
secessit. Et lib. 3, de Ira, cap. 43: Ridere sole-
mus inter matutina arena spectacula, tauri
& ursi pugnam inter se colligatorum, quos,
cum alter alterum vexârit, sus confector ex-
pectat. Idem facimus. Aliquem nobiscum al-
ligati laceffimus: cum victo victorij finis
equè maturus immineat.

73.

Vers. 132. χοίροι γαρ) Hinc Tertullian.
de spectaculis. cap. 19: Si saevitiam, si impie- Fol. 144.

E s tatem,

74.
zatem, si feritatem permisam nobis contine-
dere possumus: eamus in amphitheatrum.
Si tales sumus, quales dicimur: delectemur
sanguine humano, &c. Sed hac Ethnici res-
pondi. Ceterum absit ut de istius spectaculo
aversione diutius discat Christianus: quam-
quam nemo hec omnia plenius exprimere
potest, nisi qui adhuc spectat: malo non im-
plere, quam meminisse.

Fol. 228.

Fol. 212

Fol. 353a

Vers. 141. ωντεβαπτησαι θηριοις) Sic apud
Evagrium lib. 1. hist. eccl. cap. 16 Ignatius dicitur, ὡς ἐβολετο, τάχα τὰς τῶν θηρίων
μαστίφες ἵχνων γνήσιοι τῆς ἔωμης αἱματικό-
τριών, sepulcri loco bestiarum ventres in Ro-
manorum amphitheatro consecutus, quem
admodum urice optaverat. Respicit autem
ad ardentissimum ipsius votum, quod habe-
tur epistol. 12. ad Romanas premissa, fol. 68:
διαβάλλει τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἐτοιμασθέντων.
Fruar bestijs mihi paratis. Et apud Enseb.
lib. 3. hist. eccl. cap. 39. ex Irenei lib. 5. cap. 23:
ατ. Οὐ αὐτὸς δέ, οὐ δι' διδόντων θηρίων αἴλιοι
ματε, οὐα καθαροὶ εἰπεῖται οὐεπελῶ: Frumentum
Dei sum, & dentibus bestiarum molor, ut
panis mundus inueniar,

Vers. 151. ιν πεδόντων) Digreditur ad
ludos

ludos Circenses, ubi equi curribus iuncti in
 circa maximo ad cursum incitabantur ab au-
 rigis vel agitatoribus, ut IC. ti (l. 2. C. de
 spectaculis lib. 11. & l. athletas. ff de his qui
 notant. infam.) eosdem appellant. Horum
 nomina Praetor in urnam coniiciebat, ac for-
 tibus inde eductis pronunciabat, qui agitato-
 res hoc vel illo missu, & quoniam ordine ad
 cursum prodire deberent. Inde mappa osten-
 sa signum dabat & pectus vel tentoribus, ut
 repagula omnia eodem statim mometo amo-
 verent, & quadrigae & carceribus exirent. Hæ
 septeno circuitu revolvebantur, donec ad
 pristinam metam rediissent. Interea spectato-
 res inter se certabant sponsioribus, dum alius
 quidem hunc agitatem, alter vero eius ad-
 versarium victorem fore, certo quodam pi-
 gno re deposito, contenderent. Quæ plenius
 intellecturis, adeundi erunt Suetonius lib. 6.
 cap. 22. Martial. lib. 12. epigr. 29. v 9. Iuven-
 al. sat. 11. v. 193. & Eilhardi Lubini in e-
 undem commentarius eruditissimus: cum
 primis tamen Adrianus Turnebus, lib. 18.
 Adversarior. cap. 33. fol. 574. & Heinr. Sal-
 muthus, in Notis ad Guidonis Pancirolli
 librum 1. cap. 20. pag. 95. Verum & omnia
 quam

76.

Fol. 143.

quam arctissime complexus est Tertullianus,
 Despectaculis cap. 16. ubi eadem, quæ hoc lo-
 co Amphilochius, (Vers. 153. 154. 157. & 180.)
 huiusmodi ludorum damna commemorat.
 Ait enim: Cum furor interdicitur nobis, ab
 omni spectaculo auferimur, etiam à Circo, ubi
 proprius furor præsidet. Aspice populum ad id
 spectaculum iam cum furore venientem, iam
 tumultuosum, iam cœcum, iam de sponsoni-
 bus concitatum. Tardus est illi Prætor, sem-
 per oculi eius in urna cum sortibus volutan-
 tur. Dehinc ad signum anxij pendent, unius
 dementiae una vox est. Cognosce dementiam
 de vanitate. MISIT, dicunt: & nunci-
 ant invicem, quod simul ab omnibus visum
 est. Teneo testimonium cœcitatis: non vi-
 dent, missum quid sit: mappam putant: sed
 est Diaboli ab alto præcipitati figura. Ex eo
 itaque, itur in furias & animos & discordias,
 & quicquid non licet sacerdotibus pacis. Inde
 maledicta, convicia sine iustitia, odio etiam
 suffragia sine merito amoris. Quid enim con-
 secuturi suum illie agunt, qui sui non sunt?
 nisi forte hoc solum, per quod sui non sunt:
 de aliena infelicitate contristantur, de aliena
 felicitate latantur. Quicquid optant, quic-
 quid

quid abominantur, extraneum ab illis est.
Ita & amor apud illos otiosus, & odium ini-
ustum. Sed Circo quid amarius, ubi ne prin-
cipibus quidem aut civibus suis parcunt? Si
quid horum, quibus Circus furit, aliubi com-
petit sanctis: etiam in Circo licebit. Si vero
nisi quam, ideo nec in Circo. Et cap. 23. fol.
145: An Deo placebit auriga ille, tot anima-
rum inquietator, tot furiarum minister, tot
statuum, ut sacerdos coronatus, vel coloratus
ut leno, quem curru rapiendum Diabolus
adversus Eliam exornavit?

77.

Vers. 159. *Yōrēas*) Ludis Circensisbus vi-
tisse dicebantur, qui ad versæ partis equos
fregissent, ac septeno circuitu aut curriculo
solenni (Gell. lib. 3. c. 10.) priores ad metam res-
versi essent. Atq; ij non solum mappam, de
qua paulo ante, præmij Vid. Not. ad Gui-
loco reportabant, sed vul- don. Panciroll. li-
gi quoq; applausum, toro- br. 1. cap. 20. pag.
nas (Sueton. Tranquill. 95. 96.

lib. 6. cap. 22. 24.) & praæconia publica, in-
terdum etiam tabulis marmoreis incisa, me-
reabantur, quarum exemplar Leio (vel C.
Apuleio) Diocli agitatori in campo Martio
positum, Gulielmus Philander Castilionius,

in re-



78. in recentiore Vitruvij editione, lib. 5. cap. 3.
pag. 178. exhibuit. Quin ijsdem & statuas
interdum erectas, conicchio è Nigrino Luciani,
(tom. 1. pag. 62.) ubi autor τὰ δέξαντα τὸν
πόδηνον, καὶ τὰς τῶν οὐρανῶν ἀνοίκες,
theatra, & circum, & agitatorum statuas
coniunxit. E contrario vicii censemabantur, qui

Sueton. lib. ante decursum destitissent, vel curribus ex-
cussi essent, aut metam serius attigissent. Hinc

nonnulli ex agitatoribus, vanæ gloriola & stu-
dio accensi, prestigiatores adibant, ut magi-
cæ eorum imprecationibus adiuti, adverfa-
riorum equos impedirent, suos vero ad cur-

Supr. pag. 33. sum celeriorem incitarent. Vnde sè penumero
vers. 164.

infelices lapsus, contusiones, fracturæ, vulne-
ra & cedes oriebantur, præsertim si etiam
nobiles aut illustres viri (ut de Nerone habet
Tranquillus, lib. 6. cap. 22.) aurigandi cut-
piditate flagrarent, & utriusq; partis propin-
qui se litibus immiserent. Dum enim quisq;
suos tueri conabatur: interim privato favo-
re ac studijs certamina crescebant, ut simulta-
tes hinc enata, à diversis familijs quasi iure
hæreditario ad posteros transmittenentur,

Vers. 172. nonnunquam etiam in aperta bella erumpe-
873. 174. rent, totasq; urbes everterent. Quamobrem
Valen-

Valentinianus, Theodosius & Arcadius Im-
peratores, in id hominum genus, quod inter
agitandum diabolis præstigijs uteretur, ex-
tremo capitum suppicio animadverendum
statuerunt, l. ult. C. de maleficiis & mathe-
mat: Quicunq; maleficiorum labo pollutum
audierit, deprehenderit, occupaverit: illico
ad publicum pertrahat, & iudicium oculis
communis hostem salutis ostendat. Quid si
quisquam ex agitatoribus, id est, aurigis,
seu ex quolibet genere hominum, contra hoc
interdictum venire tentaverit, aut clande-
stiniis supplicijs etiam manifestum reum ma-
leficæ ariis oppresserit: ultimum supplicium
non evadat, gemine suspicioni obnoxius,
quod aut publicum reum, ne facinoris socios
publicaret, severitati legum, & debita sub-
traxerit questioni: aut proprium fortassis
inimicum sub huiusmodi vindictæ nomine
consilio atrociore confecerit.

79.

Lib. 9. tit. 1. c.

Vers. 181. avti t̄t̄w) Quintum enim
impedimenti hac spectacula studijs liberali-
um artium obijcant: innuit Amor libri De
caussis corruptæ eloquentie, cuius verba ci-
tat Isaacus Casaubonus; Animadvers. in
Sueton. pag. 274: Propria & peculiaria huīns
urbis

urbis vitia, penè in utero matris concipi mihī
videntur, histrionalis favor, & gladiato-
rum eorumque studia: quibus octo
eupatus & obsestus animus, quantu-
lum locum bonis artibus relinquit?
quotumqueng, inveneris, qui domi quic-
quam aliud loquatur? quos alios adolescen-
tiorum sermones excipimus, si quando au-
ditoria intravimus? nec praecettores quidem
ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas
habent. Idem hoc vitium in nobilibus Ro-
manis salsè notat Iuvenalis sat. 8. quòd lite-
rarum ac virtutis studium alto supercilie de-
spiciant, atq; interea se totos ludis Circensi-
bus dedant, & nimio rei equestris amore ita
insaniant, ut

Vers. 155.

— dum lanatas torvumq; iuvencum
More Numæ cedant, Iovis ante altaria;
iurent
Solam Eponam, & facies olida ad præsepia
pictas,
hoc est, inter ipsa etiā sacra nihil nisi equos co-
gitent, nec ullum aliquod Numen maioris fa-
tūtarch. Pa- ciant, quam Eponam, aurigarum ac mulio-
rall. fol. 235. num præsidem, aliosq; id genus ridiculos De-
os, quorum imagines propè equorum & mu-
larum

tarum præsepiæ depingebantur. Horum vestigis
bodiæ multi è nobilitate insistunt, qui
consimilifèrè in πομανία correpti, pietatem

81.

Lucian. Ni
grin. pag. 620

& studia humaniora execrantur, nec quicquam solide addiscunt, præter iωπασίαν for-
tassis ne hanc quidè rectè percepturi, si absq; ea effet causa, quam apud Plutarch. Carneades, hoc nomine in- Plutarch. in lib. de
terrogatus, afferebat: amicis & adulatori-
γολακενδρού αὐτὸς γν̄ b9 internoscendis, fol.
ταῦς διατριβαῖς ὁ δι= 36: Καρναδός εἰλεγε,
δοληλότερον ταῦταν, ὅτι ταλασίων καὶ βο-
κού ὁ πεπαταλαίων σοίων ταῦτας ἵπ-
υποπατακλινόμενος: πένθι μόνον, ἀλλο δὲ
ὁ δὲ ἐποτέ σκέδως, δοθὲν ἐν τῇ καλθεί μάν-
δε φρουτίζων, ὃς τις θάνατοι. πολακενδρού αὐτὸς, &c. Carneades
ταλασίως ἢ τάνης, ἐκ- dicebat, dīvitū & re-
τραχηλός τος μὴ γῆ filios tantum equi-
dūnaculūς ὁχέδα. tare, ac preterea nihil
Iis enim præceptor, recte ac probè discere.
assentitur in scholis, Iis enim præceptor, &c.
laudando: colluctator in palestra, dum ita
pugnat, — tanquam qui vincere nolit, ei q; ut fortiori cedit: equus vero ignarus, nec
magnopere laborans, num se for privatus sit.

F

an

32.

an princeps, dives an inops, equitandi imperitum, effundit. Vel, ut Alciatus (emblem.

35. In adulari nescientem) canit :

— ingenuus sonipes, dorso excutit omnē.

Qui moderari ipsum nesciat, Hippocomon.

Quamobrem, ne aliorum ludibrio exponantur, aut de vita periclitentur : huic arti plus temporis tribuere coguntur, quod & ipsum eloqui forsan intermittere malent. Verum longe prudentius hac in parte sibi consuluisse Julianum Imperatorem, ut ut impium Apostamat, testatur eius epistola ad Ecdicium,

Epist. 9. pag. Aegypti praefectum, quam eleganti hoc Noemate orditur: Αλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὄρ-

εῖον, ἄλλοι Ἐρίσην ἐρδόν ; ἐκοὶ δὲ Βελιών
κτύπεος ἐν ταῦταις στύποις φέγγει τὸ θέατρον.

Quidam equis, alijs avibus, nonnulli feris delectantur: ego vero inde usq; ad pueritiam librorum cupiditate arsi.

Vers. 189. μεθ' ἔων τῶν) Al. μετ' αὐτῶν,
ut & vers. 194. ταχαγίων.

Vers. 196. συγχέεις) E Symbolo Athana-
sii, paulo ante a circ. annum 364. conscripto,
v. 3. & 4: εὐχής σεβομένοις, καὶ πρεσβύτεροι
μοναχοὶ σεβώμενοι, μητέ συγχέοντες τὰς
έποντάς τις τῶν δογμάτων μητί. uter Nun
Decim

Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur: neg, confundentes personas, neg, substantiam separantes. Primus confusionis autor fuit Sabellius, qui testante Amphilochio Epiphanio (hæresi 42. fol. 223.) finxit τὸν αὐτὸν ἵνα τὸν αὐτὸν οὐτον οὐτε ταπερα, τὸν αὐτὸν ἵνα, τὸν αὐτὸν εἰνα ἔγιον τὸν μα, ὡς εἴναι γὰρ μικρὸν ποστόν τριάδος οὐκαστίας, eundem esse Patrem, & eundem Filium, & eundem Spiritum Sanctum, ut in una hypostasi vel persona, tres sint nomenclatura: contra Nazianzeni a. Amphilius vers. xioma, quod Compendij Theologici pag. 234. 207. recitavi. Separationem introduxit Arius, ne quaquam veritus, κτίσμα ἀποκλέων τὸν τὸν Epiphan. hæδωντα κτίσαντα, τὸν ἐν ταπερας ἄχριντος res. 69. fol. τοῦ αὐτορχως γεγεννηθέντου λόγου, creaturam appellare eum, qui omnia creavit, nempe Verbum, ex parte sine tempore ac sine principio genitum: ideoq; dignam suis blasphemis mercedem nactus, in loco spurco & graveolenti, non secus atq; olim Iudas (Act. 1. 18.) medius crepuit, referente eodem Epiphanio, hæres. 68. fol. 308. & 314. Hæc duo extrema, itidem inter se opponit Nazianzenus, in laud. Basiliij Magni, fol. 84: δέ νοι εἴδομεν ιάμεθα, τίνας θεον σαβελλίτης ουκε

F 2

αίρετιν.

84. οὐρανού, ἀστερέρες μικρότεροι καὶ περιπλοκαί
λύνοντες, ἢν ἔφειθε νοσητας, οὐ τὸν μενίας
ἐπώνυμον, τὸ τολύτης ἐκκλησίας διεστέ^{ται}
καὶ διεφθαρει, ὅτε τὸν ταπειρωτικόντας, καὶ
αστυπάστας τὰ δύο αὐτῶν, διὰ τῶν αὐτῶν Βα-
θύτατης θεότητος: ἀλλὰ μίαν μὲν δοξαν
ταπειρωτικήν, τὴν ὁμοτικήν τῷ μο-
νογενές, μίαν δὲ ἄλλη τὴν τὸν τανέντικόντος. Καὶ
ὅτι ἀν τῶν τριῶν πάστω θάμλῳ, τὸ τῶν πε-
θαρτῶν νομίζουμεν, τίς μὲν ταῖς ιδιοτητοῖς, σὺ
δὲ τῇ θεότητι σέβοντες ηγινώσκοντες. Non
malum malo curamus, impia Sabellij
contractionem, magis impia divisione ac seclio-
ne dissolventes: quo morbo corruptus, ille à
furore nomen habens Arius, magnam Ec-
clesiā partem labefactavit atq; convulsit, nec
patrem honore prosecutus, & ea, quæ ab ipso
caussam habent, aspernatus, dum inaequales
divinitatis gradus invexit: verum unicam
patris gloriam esse censemus, aequalē unige-
nitī dignitatem, unicam item Spiritus San-
cti, cum eo exæquationem. Ac si quid horum
trium in inferiori dignitatis gradu ponamus,
totam Trinitatem à nobis disiiciatq; perver-
ti iudicamus: tria quidem quod ad proprie-
ties, unum autem quod ad divinitatem a-
gnoscentes & colentes.

Vers.

Vers. 219. μενόντις) Clemens Alexan-
drin. lib. 1 σρωματίου fol. 148: ὁ μωύσης οὐ
πλικέ γενόμενος ἀριθμοῦ τικίαι, τε καὶ γεωμετρία
αν ἐνθυμήτικά τε καὶ ἀρμονία, ἔτι τε ἱατροῖς
τικέ ἀμετήπτηκαν, ταραχτεῖς διαπρέπεις
οιν Αἰγυπτίων ἐδιδωτοί, καὶ τροστεῖς τικέ
δικα συμβολῶν φιλοσοφέαν, ἢν γὰρ τοῖς ἱερογλυφι-
φίαις Ησαΐαμασιν ἐπιδάντινα ταῖς. τικέ δὲ ἄλλα
λίαν ἐγκύλιοι ταῖσιν, ἄλλας εἴδιμασιν
γὰρ Αἰγύπτῳ, ἡς δὲν Βασιλικὸν ταῖσιν, ή φιλο-
φίαιων γὰρ τοῖς Μωύσεις Βίω, τροτυμάνθανε δὲ
τὰς Αἰγυπτίων Ησαΐαματα, ηγέτη τῶν δρα-
νίων ἐπιτίκηις, ταράχτε χαλδαῖαν, ταραχ-
τε Αἰγυπτίωρ: ὅτεν γὰρ τοῖς προστίσται ταῦται
σοφιαῖς Αἰγυπτίων ταπειδεῦσι φέρεται.
Moses, cum aetate esset grandior, Arithme-
ticam & Geometriam, Rhythmicam &
Harmonicā, & præterea Medicinam simul
& Musicam doctus est ab ijs qui erant in-
signes inter Ægyptios, tum & illam quæ per
symbola vel signa traditur Philosophiam,
quam literis Hieroglyphicis ostendunt. Reli-
quum verò disciplinarum orbem, Græcium,
tanquam puerum regium (Ebr. II. 24.) do-
cuere in Ægypto, ut dicit Philo in vita Mo-
sis. Prius autem didicit literas Ægyptiorum,
& rerum cœlestium scientiam à Chaldais &

86.

A. 7. 22.

Egyptijs: unde in Actis dicitur eruditus vel
imbatus omni sapientia Agyptiorum. Idem
hoc Mosis exemplum pro afferendo sanioris
Philosophie studio, allegat Basilius, in libr.
De gentilium scriptis utiliter legendis, fol.
226. Gr. & Augustinus lib. 2. de doctrin.
Christian. cap. 40. tom. 3. fol. 44.

Vers. 223. ἐνώπιον) E verbis Apostoli ad
Lib. 3. advers. Ebr. 11. 26, que Tertullianus his versibus
Marcion. v. expressit:
48. tol. 527.

Dux populi Moses, qui limina regia liquit,
Spernens divitias florentes tempore parvo.
Maluit afflictus populi portare labores
Subnixa cervice, minis non territus ullis.
Quām sibi delicias multasq[ue] remittere
pānas.

Vers. 229. Βαττύ) Hanc Damascenus
orat. 1. de imaginibus fol. 723. ωυρένδροσον
vocat, quod. & igne arserit, & nihilominus
velut roscido quodam humore irrigata ac
fuscentata fuerit, ne flammæ ramusculos vi-
rentes exurere, aut in cineres convertere
Lib. 1. Oper. possent. Quod Sedulij carmine dices:
Patchal. verl. Ignibus innocuis flagrans apparuit olim
111. Non ardens ardere rubus, nec iuncta calorē
Materies alimenta dabat, nec torrida vivēs
Sensit

Sensit dama frutex: sed amici somitis astu
Frondea blandita lambebat robora flammæ.

87.

Vers. 242. ὁ πηγεταὸς) Ita præstantissi-
mus quondam vir, M. Andreas Francken-
bergerus Meiningensis, meus in Academia
Vittembergensi præceptor, quippe historia-
rum & oratoria tum temporis Professor pu-
blicus, ὁ ἐν ἀγίοις, quem honoris ac debita gra-
titudinis causa hic nomino, auditoribus suis
è scripto De amplitudine historia Propheti- Pag. 255.
ca & crebro inculcatabat Encomium Philosophiae
sanæ, intrà metas & limites suos consistentis,
quòd ea, respectu Theologia, non incommo-
de ὑπερβούσσην δερπτάνες τελεῖν επέχεται,
hoc est, ancilla seu famula dici posset, quæ pe-
disseque vicem obtineret: impijs Epicuri
verbis apud Athenaeum lib. 12. cap. 83. in Fol. 271, No
sanctiorenum usum conversis. 546.

Vers. 254. Τευδώνυμοι βιβλίοι) Illorum
igitur librorum, qui Biblici appellantur, tres
constituendi sunt ordines. Eorum primus
complectitur Τευδώνυμα, Τευδεπιχραφæ,
hoc est, ea volumina, quæ ab hominibus otio-
sis aut hereticis conscripta, & Divis Aposto-
lis falso attributa fnerunt, ut Evangelium
Petri, Thome, & Matthiae, Acta Andreae.

F 4 Iohannis

Iohannis & Pauli, Apocalypsis Petri, (ap. Eu-
sēb. lib. 3. hist. eccles. cap. 25. fol. 28.) Prot-
evangelium Iacobi, (Monum. Orthodoxogr.
part. 1. fol. 71.) Evangelium Nicodemi, (part.
2. fol. 643.) & similia, de quibus cum Euse-
bio (loco proximè citato) pronunciamus:
τόρρων οὐ τῆς φράσεως ταρά τὸν θεόν
απεριληπτὸν ἐναλλάγμα χρηστήρος, οὐ τε γνώμη,
καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς φερεμένων προσφερτις, ταλαι-
σοῦ διστροφῆς ἀλλοῖς ὄρθροσφίας ἀπάδεται
οὐδὲ σύρεται μάρτυρι αὐτοπλαστούσι
τυγχανεῖ, σαφῶς ταριχεύον: διὸν δέ εἰν νόοι
θοις αὐτὰ πεταλεγετέον, ἀλλ' ὡς ἀποταπειπούσι
τηνίδινος ταραττήεορ. Dictionis &
loquendi forma, longè à stylo & consuetudine
Apostolorum discrepat: sententia porrò &
institutum eorum, quae in libris illis tradun-
tur (quod toto propè caelo, ut dicitur, à vero
& orthodoxo Scriptura sensu atq; opinione
aberrat) plane perspicueq; ostendit, ea callida
solum hereticorum esse commenta: unde
ne in eo quidem scripturarum genere, quæ
falso inscriptæ minimeq; germanæ dicuntur,
habenda sunt: sed tanquam omnino absurdia
& impia, penitus explodenda. In alte-
rum ordinem referantur tūpūtōi, hoc est,
libri

libri intermedij vel Apocryphi, qui egregias
quidem commone factio[n]es proponunt, ideo-
que utiliter legi atque allegari possunt, non
quidem ad fiduci articu- Hieron. prefatione
culos inde probandos, in proverb. Salom. t.
sed ad morum instru- 4. fol. 10 : Iudith &
ctionem, ut Compen- Tobiae & Maccabaeo-
dij Theologici pag. 22. rum libros legit qui-
sufficienti horum c- dem Ecclesia, sed eos
numeratione addita, inter Canonicas scri-
monui. Hæc scripta, pturas non recipit: sic
Eusebius vocat αντι- & hæc duo volumina Lib. 3. hist.
λεγόμενα, quod non eccl. cap. 15.
nulli his contradicat, Sirach, & Sapienti-
aut in dubium vo- am Salomonis) legat
cent, num ab autori- ad ædificationem
bus illis, quorum ti- plebis, non ad au-
tulos pre se ferunt, an toritatem ecclesias
vero sub eorum no- sticorum dogmas
mine ab alijs exarata tum confirmandā.
sint. Vnde Hieronymus in epist. ad Letam, Tom. 1. fol.
de institutione filia: Caveat omnia Apocry- 27.
pha, & si quando ea, non ad dogmatum ve-
ritatem, sed ad signorum reverentiam lege-
re voluerit, sciat non eorum esse, quorum ti-
tulis prænotantur, multaq[ue] his admixta vi-

F 5

tiosa

tiosa, & (quod iam superius quoque adduxi) grandis esse prudentiae, aurum in luto quere-re. Denigo, in tertium & supremum ordinem collocentur libri ab ipso Deo inspirati, qui omnium asseveratione constanter approba-tantur, ideoque ὄμολογάνθησον, (hoc est, in confessio existentes) σὺν τοῖς οὐκετίαις, (Testamentary) & Canonici appellantur, ἐπειδή ναόντων, (Phil. 3. 15.) quod structura fidelis ad horum prescriptum non aliter atque normam sive regulam aptanda sit. Similis ferè Catalogus librorum scripture, habetur apud Hieronym. in epistol. ad Paulinum, tom. 3. fol. 3. Damascen. lib. 4. cap. 18. fol. 548. & Alcimum Avitum, ad Fuscin. soror. v. 430. pag. 190. nisi quod posteriores duo, etiam nonnullos ex Apocryphis aspergunt, cum Amphiliochius data opera Canonicos duntaxat hic enumera-tur.

Vers. 267. δέντρον οὐ μού) Al. δέντρον νόμον, & paulò post vers. 270. πρότερος, τοῦδε ὁ δέντρος.

Vers. 270. σιχηράς) Ita enim legitur in ms. pro quo tamen malim σιχηράς, autoritate Damasceni, qui, lib. 4. cap. 18. inquit: τούτη τερατεύχος, αἱ σιχηράς Βίβλοι, τῷ
fol. 348.

λέβ. ἦν Φαλήριον, ταφοπλάται Σολομόνος Θεοῦ, εἰς
κλησίας τὸν αὐτὸν, τὰ σύμμαχα τῶν αὐτοῖς
τῶν τὸν αὐτὸν. Tertia Pentateuchus, libri ver-
sus facti, Iob, Psalterium, Proverbia Salomo-
nis, Ecclesiastes, & Cantica canticorum e-
iusdem. Nam quinq[ue] hos libros, σιχιδίου, i.e.
versuum modo scriptos, constat ex Hieronym.
tom. 3. fol. 3. & 10. Euseb. lib. 10. προταρ.
ιναγ. cap. 5. fol. 302. Gr. R. David Kimhi,
in Psalmum 4. citante Gilb. Genebrardo,
Chronographia part. 1. pag. 121. Quamvis
Iulianus Apostata, mero religionis nostrae o-
dio, hanc laudem Iobo, Davidi & Salomonis
detrahere conatus fuerit, quemadmodum
Cyrillus libr. 7. advers. eundem (tomi 2. pag.
628.) commemorat.

Vers. 275. Ψυχῆς ἔκκλησις Dignum Psal-
terij Encomium, quale in eiusdem vestibulo To. 8. fol. 8.
etiam apud Augustinum reperitur, totidem
verbis transcriptum est proæmio Basiliij Ma- Fol. 55.
gni, dicentis: τὰσσα Υψαφὲν θέσπινεν Θεόν καὶ
ἀφέλιμον, διὰ τὸτοσυμμαρφάσατα ταφάτε
τονεύματα, οὐ κατεργάντων τῶν Φυλαχθν
ἰεπρέπεια, ταῦτες αὐθωποι ἦσαν τὸ διπάτη
τωντον ἔκκλησις ἐπλεγόμεθα. ἕκκλησις γάρ, φησι
κατεπάντας ἀμαρτίας μεγάλας, ἀλλα μὲν ὅν
προφῆται

προφῆταις ταῖς διενόσιν, καὶ ἀλλα ἴσοριν, καὶ
 δύοις Θεοῖς, καὶ ἄλλα ωἴδι Θεῖς ταῖς παροῖ
 μικῆς παρουσίεσσι. οὐδὲ τῶν Φαλμάν Βί^ο
 Σ. Θ., ωἴκ ταῖς τοῖς ὀφελίμον περιέληφε προ
 φητεύη τὰ μέλλοντα, ἴσοριας παρουσίας,
 νομοθετεῖ Θεὸν Βίον, παρουσίας τὰ πραγτεῖα, οὐ
 ἐπαξιπλῶς κοινὸν ταυτισμὸν δινεῖ σύνεσθαι δι
 διαγμάτων, τὸ ἐκάστο πρόσφορον πατέται τὸ
 ἐπιμέλειαν ἐξευρίσκεται. τάτε γὰρ ταχαί
 τράνηματα τῶν Φυχῶν διζιέσται, καὶ θεὸν νεο
 τρώτω ταχαίαν ἐπιδύει τὸν ἐπανόρθωσιν, οὐ
 τὸ νεοστικὸς περιποιήται, οὐ τὸ ἀπεραντοῦ δια
 σώζει, καὶ ἔλως θύμαρι τὰ ταῦθι παθεῖ. οὐδὲν
 διέντε, τὰ τοκίλως ταῖς Φυχαῖς γὰρ θεὸν Βίον
 τῶν αὐθέρων ενδιωκασίενονται. *Omnis scri
 pta, divinitus inspirata, & utilis est: quip
 pe hanc ob causam à Spiritu Sancto conscri
 pta, ut inde, velut ex communi ANIMA
 RVM medendarum officina, omnes homi
 nes, quisq; pro morbis sui ratione, pharmacum
 deligeremus. Medicamentum enim (inquit)
 magna peccata compescit. Atq; alia quidem
 Prophetæ tradunt, alia historici, alia verò
 lex, & rursus alia exhortationis proverbia
 lis forma: sed Psalmorum liber, quacunq; ex
 omnibus utilia sunt, in se continet. Future
 predicit.*

predicit, commemorat historias, leges aut regulas vita prescribit, modumq; rerum gerendarum subiicit: in summa, est commune quoddam promtuarium doctrinarum, quod cuivis apte utilia suppeditat. Nam & vetera sanat animarum vulnera, & recens vulnerato praesentissimum remedium afferit, morbida tuctur, sincera conservat, deniq; omnes affectus, quales varijs modis hominum animis in hac vita dominantur, tollit. Ibi dem: τῶν διδόνεται εἰς μεγάλων τοῖν οὐκ ξυνά ταχιέ τῷ Βίβλῳ τῶν Φαλμέν τεθνοάρισαν. Omnia bona, in Psalmorum libro, tanquam in magna & communi quadam penu vel thesaurario, recondita sunt.

Vers. 276. τὸς διδόνεται) Ita Hieronymus quoq; in epistol. ad Paulinum, tom. 4. fol. 3. minores Prophetas maioribus premitit, & fol. 12. fatetur, apud Gracos & Latinos, tum temporis, duodecim quoq; Prophetarum non cundem fuisse ordinem, qui apud Ebreos. Quamobrem nemini mirum videri debet, quod Amphilius eos diverso à nobis modo recenseat.

Vers. 278. τὸν τύπον) Nazianzen. γέγενε
τον Χερτιν. 1392:

93

378

τῆς ταφῆς ἐλεῖ φενὸς αἰσθάνεται
πιοτημένος εἰς θυμὸν θεοπρόπον Θ.

Matth. 12, 40

Propheta triduum profundo in gurgite
Mersus, sepulcri signa fausta prebuit.

Et Hieronym.ad Paulin.tom.4. fol.3: Ionas
columba pulcerrima, naufragio suo passionem
Domini præfigurans, mundum ad peni-
tentiam revocat.

Vers. 284. παρέρχοντας λίγων) Quod à Poëtis
præcipitur, ne otiosā, sed aptā & idonea èn-
terā, ex intima cuiusq; rei natura & ratione
depromta felicitantur: id Amplilochius etiam
in descriptione quatuor Prophetarum maio-
rum studiosè observarvit. Nam Esaiam vo-
cat παρέρχοντας λίγων, ob insignem libertatem,
qua citra περιστολὴν (Esa. 58. 1.) non
modo populi, sed ipsorum quoque Regum ac
Principum scelera publicè reprehēderit, quam
ob caussam, præter stylū maiestatem, à Naz-
arenō (συλλεγυνῶν i. contr. Julian. fol. 277)
& Chrysostomo (i. Cor. 15. homil. 40. fol. 691.)
μεγάλοφωνότερον cognominatur: ac Iudei
etiamnum fatentur, ipsum à Manasse atq;
huius consiliarij & subditis interfectum.
Hieron. tom. 5. fol. 40. quid eos Principes Sodomorum & populum
II. Gomorrha (Esa. 1, 10.) appellasset. Ieremias,
apposuit

oppositè dicitur συμπολίς, quod extremam
misericordiam populi in captivitatem abducti,
non absq; summa commiseratione (Ier. 9. 1.
Thr. 3. 1.) spectare coactus fuerit, atq; huius
testandæ gratia, Threnos conscripsit. Eze-
chiel, iuvencis nuncupatur, quod vaticini-
um eius, capite primo, nec minus à quadra-
gesimo usq; ad finem, mysteria quām abstru-
sissima obscurè adumbret: quamobrem Rab-
bini, iuvenes ab istorum lectione arcent, ut
Hieronymus ad Paulinum assertit: Tertius, ^{To. 4. fol. 3.}
(nempe Ezechiel) principia & finem,
tantis habet obscuritatibus involuta,
ut apud Ebræos istæ partes cum exor-
dio Geneseos ante annos triginta non
legantur. Daniel, σοφωτὸς titulo in-
signitur, ob incomparabilis propemodum sa-
pientie laudem, quam in proverbium abiisse,
monstravi Similitudinem Biblicalarum pag.
184. in Ironica Ezechielis hyperbole, qua I-
thobalem, Phœnicia Regem, Daniele sapien-
tiorem indigitat.

95.

III.

IV.

Vers. 289. ὡραὶ μοι) D. Hieron. ad Paulinū: ^{To. 4. fol. 4}
Targam & Novum breviter Testamentum.
Matthæus, Marcus, Lucas & Iohannes,
quadriga Domini, & verum Cherubim,
quod

96. quod interpretatur scientia multitudo, per
totum corpus oculati sunt, scintillæ emicant,
Ezech. 1. vers. discurrunt fulgura, pedes habent rectos & in
16. 17. 18. sublime tendentes, terga pennata, & ubique
19. 20. volitantia. Tenent se mutuò, sibiq[ue] perplexi
sunt, & quasi rota in rota volvuntur, &
pergunt, quocunq[ue] eos flatus Sancti Spiritus
perduxerit.

Fol. 28.

Vers. 290. ἐναγγελισάς τέοσαρκος) Euseb.
lib. 3. cap. 25: ἐν λογού ἐνταῦθα γεγονότοι
αὐτοφελαιώταδι τὰς δηλωθύσας τῆς πατ^ρη^ς
τῆς διαβίου μαρτύρων, οὐ δὲ ταπειόν ἐν πρώ^τοις,
τὴν ὁγιαν τῶν ἐναγγελιών τε βασιτιῶν
οὐ επεταῦ τῶν προσειων τῶν ἀποσόλων μα^{ρτύρων},
μετὰ δὲ τῶν τελών, τὰς παύλος πατελεῖτε^ρ
οὐ ἐπισολάς, αἷς ἔξης τὰς Πέτρος κυρωθέουν ἐπι^τ
σολῶν. ἐπὶ τέτοιο ταπειόν, οὐ γε φανέν, τὰς
ἀρκαλυψιν ιωάννον, ποδεῖς τὰς δόξαντα, πα^τα^ρ
τὰς παρὸν ἐνθυσίαμενα. Quoniam in hunc ser-
monem delapsi sumus, videtur rationi con-
sentaneum, sériem Scripturarum, quae Novi
Testamenti esse dicuntur, summatis com-
prehendere. Primum ergo sacer Evangelio-
rum quarternio ratus esto: quem quidem li-
ber de Actis Apostolorum sequitur. Huic an-
numerentur Pauli epistolæ, quibus deinceps
prior.

prior, quæ fertur esse Iohannis, & Petri si-
militer prior, tanquam omnium consensu
constabilitate, adiungantur. Inter ista, si placet,
Iohannis Apocalypsin coniiciamus, de qua,
quid veteres statuerint, alibi per occasionem
exponemus.

27.

Vers. 293. περιτοποῦ ἡγεμονῶν
Hanc dogmatum sublimitatem, ipsis etiam
Ethnicis admirationi fuisse, patet e verbis
Augustini, lib. 10. de Civit. Dei, cap. 29: Fol. 592.
Pudet doctos homines, ex discipulis Platonis
sieri discipulos Christi, qui pescatorem suo Spi-
ritu docuit sapere ac dicere: In principio erat Ioh. 1. 1.
Verbum, & verbum erat apud Deum, &
Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta
sunt, & sine ipso factum est nihil, quod fa-
ctum est. In ipso vita erat, & vita erat lux
hominum, & lux in tenebris lucet, & te-
nebrae eam non comprehendenterunt. Quod ini-
tium sancti Evangelij, cui nomen est secun-
dum Iohannem, quidam Platonicus, sicut à
sancto sene Simpliciano, qui postea Medio-
lanensi ecclesia præsedid Episcopus, solebamus
audire, aureis literis conscribendum, & per
omnes ecclesias in locis eminentissimis propo-
nendum esse dicebat, Arbitror autem, Plato-

G

nicum

nicum illum fuisse Amelium, Plotini disci-
pulum, de quo Eusebius lib. II. προπ. εναγ.
cap. 16. fol. 317: Τῶν νέων φιλοσόφων σύγχρον
τῆς γεγονότος Ἀμελίου, τῆς πλευτῶν οὐδὲν
τὸς, ἐκαί τις ἄλλος, ζηλώτης φιλοσόφος,
πλιστὴς ἀλλὰ βαρβάρος ἀνομαλοτάτον ἐβράσαν
θεολόγον, ἐκαί μη ἐπί δύο μετεπένθετο
ἐναγγελισθεὶς ιωάννες μητρός τοιούτας, ἐπι
μαρτύρες δὲ οὗτοι φίλων αὐτοῦ φίλων,
διὰ τῶν τοιούτων φίλων μητρόφων: καὶ οὗτοι οἱ
τοῦ οὐρανοῦ, καὶ διὰ αὐτῶν τὰ γενόμενα εγίν
νετο, ὡς αὖτις οὐρανοποιοί οἱ πρόσηλες οἱ θεοί
τε καὶ θεῖαι (Sic enim legendum iudico, pro
eo, quod in Roberti Stephani editione, alioquin
emendatissima, cernitur αὐτοῖς) παθετικό
τοιούτων φίλων, οὐτε θεού τοιούτων, διὰ δὲ τοιούτων
απλωτὸς γεγενηθεὶς, ἐν τῷ τοιούτῳ γενομένῳ Λαϊ, οὐτε
Ζωιῇ, οὐδὲν τεφυκέναι, οὐτε ἀστήρα σώματος
τοιούτου, οὐτε σύριγχον ἐνδυσαμένου, φανταζεῖται
αὐθρωποι μέττοι τοιούτου στοινύχιον τοιούτου
φύσεως τοιούτου μεγαλεῖον, αὐμέλεια οὐτε αναλύθει τοιούτου
τοιούτου απθεθεῖται, οὐτε θεού τοιούτου, οὐδὲ οὐτοιούτου
τοιούτου σώματος, οὐτε τοιούτου σώματος, οὐτε τοιούτου αὐθρωπού
τοιούτου χθονία. Amelius, illustris inter iunior-
es Philosophos, quamvis Iohannis Evangelie
getijst

gelistæ nomen celaverit, barbarum ipsum
appellando, quoniam Iudeus fuit, ijsdem ta-
men vocibus utitur, eadem hac ad verbum
scribens: Hoc profectò erat V E R B U M , quo
ea, quæ facta sunt, facta sunt, ut Heraclitus
etiam diceret: quod Verbum, & ipse bar-
barus putat in ordine principij & dignitate
constitutum, apud Deum esse, & Deum esse,
per quod universa simpliciter sint producta,
in quo viventia vitam habeant, & in corpo-
ra ipsum cadere, & carnem indutum homi-
nem ita videri, ut naturæ dignitas non late-
at: quare rursus resolutum in Deum redire,
& Deum talem esse, qualis fuit antequam in
corpus, carnem & hominem duceretur.

Vers. 303. τὰ πρὸς γαλατας τε) Ita e-
nim commodissime restitui potest metrum,
quod in ms. o librariorum incuria non nihil
depravatum est, ad hunc modum :

τὰ πρὸς γαλατας τε, ηγὲ τὰ πρὸς εφεσίους,
καθ' οὗ τὰς ἐν φιλίᾳ ποιεῖ, ἔτας τὰς γεγραμ-
μένας

κολασσαῖοις.

Vers. 308. τὰ πρὸς εβραίων νόθοι) Euse-
bius lib. 3. hist. eccl. cap. 3. fol. 21: τὸ τῶν λαών
πρόσωποις ηγέταις, αἱ δημοκρατίαις. οἱ γε

μηδὲ τίνες ἀβέβηστοι τὸν ὥρος ἑβραῖος ὥρος
 τῆς ἁμαδίων ἐκπλησίας ἡς μὴ τάχη σταύ-
 ρωτὸν, αὐτοὶ γένες φύταντες, & δίκαιου αγνο-
 ἄν. Pauli quatuordecim extant epistolæ cer-
 tæ ac nota: neq; enim iustum esset, si ignora-
 remus, quod nonnulli ex Ecclesia Romana
 huic, ac si Pauli non esset, fidem derogave-
 rint, affirmantes ei contradici. Et lib. 6. cap.
 14. fol. 62: τὸν ὥρος ἑβραῖος ἐπισολῶν, πάντων
 δια μὴν ἐννυχοῦ γε ἤραφθαι δὲ ἑβραῖοι ἑβραῖ-
 οι φωνῇ, λόγῳ δὲ φιλοτίμως αὐτὸν μεθερ-
 μιλιανοσαντα, ἐνδόναν τοῖς ἔλλοις. οὗτον τὸν
 αὐτὸν χρήστα ἐνρίσκεαλη πατέτε τὸν ἑρμηνέαν,
 τῶντης τε ἐπισολῆς, καὶ τὸν ὥρον ἑβραῖων. (Cle-
 mens Alexandrinus, in libris ὑπόστυπώστων)
 Epistolam ad Ebraeos scriptam Pauli esse af-
 firmat, & Ebraico sermone ad Ebraeos ab eo
 editam. Lucam autem eam accurate in Gre-
 cum, ut Gracis traderet, convertisse: illudq;
 plane ex interpretatione ipsa facile intelligi
 posse, quod hæc Epistola & Acta Apostolo-
 rum idem orationis filum habeant. Hierony-
 mus, in Catalogo scriptorum, tom. 1. fol. 121:
 τὸν ὥρος ἑβραῖος ἐπισολῶν τίνες νομίζον μὴ
 εἶναι αὐτοὺς, διὰ τὸν χρεωτῆρα, καὶ τὸν τε
 λόγον διαφωνεῖν, καλῶς Βερναβᾶ πατέτε τερ-

τολμαντον

τολμανόν, ἡ λοιπὴ τὸ ἐναγγελισθὲν, παῖδες **101.**
τίσι δὲ καὶ ἡ πλήμενη τὸ τῆς ἐκκλησίας
ἡρώμενη ὑπέροχη ἐπισκόπος, ὃν φασι τὰ ἀπόκριτα
φθεγγυωταὶ πάντα, δικαίω σωτάξαι παῖς ποτε
μῆτραι λόγῳ. Epistola quæ fertur ad Ebraeos,
non eius creditur, propter styli sermonisq;
distantiam: sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum,
vel Luce Evangelistæ, ut quibusdam
videtur, vel Clementis Romanae postea Ec-
clesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli
propria ordinasse & ornasse sermone. Plura
de hoc argumento suppeditat Divus Luthe-
rus in præfatione, quæ huic epistolæ præfixa
est: D. Mariinus Chemnicius, in Exam.
Conciliij Tridentini, parte i. fol. 34. Matthi-
as Flac. Illyr. in Glossa compendiaria Novi
Testamenti, fol. 1101. & Guilielmus V Vit-
takerus, Professor Cantabrigiensis, in dispu-
tatione de Sacra scriptura, Controvers. i.
quest. 1. cap. 16. pag. 92.

Vers. 310. οὐετοὶ λοιπὸν) Hucusq; Latina
Billy versio, cuius adminicule nonnihil con-
firmatus, aliquot in locis, è diversis lectio-
nibus, altera repudiata, veriorem (nisi fallor)
elegi, ut:

G 3 Vers.

Verf. 50. Ἑγγράφη

- 56 γέλωτος
76 τηρητόμ
84 τεχνία
91 δόξαι
108 τᾶς ἀτιμίας
115 ὁψ
127 σόνοι
130 κρότος
143 σροφαῖς
147 γυμνὸς ἀσθενῆς
158 τολμᾶ
217 μήποτος
332 σταυρῷ

102.

præ altero
quod addi-
tum erat

- δὲ θραφαῖς
γελοίων.
τωνητέον.
τεκνού.
ὄψι.
τῆς ἀτομίας.
ώς.
σενόν.
κρατός.
τροφαῖς.
γυμνάσιος ὄρδεν.
τὸ μὴ κακοῦ.
μὴ τὸ τοῦ.
έσωτον.

Verum eam interpres hoc loco abrumpit,
excusationis gratia subiectis his verbis: De-
sunt hoc loco, Lector, ad integri poëmatis
absolutionem versus XXI. qui cum in ex-
trema libri nostri antiqui pagina prorsus à
tineis erosa perscripti essent, nescio quo pacto
nobis perierunt. Atq; uti rem sic habere vi-
deas, scito Gregorium (Ei enim Billius hanc
epistolam, quam Amphilochio, tribuere
maluit) post Iambos, tres vel quatuor hexa-
metros versus heroicos subiecisse, quibus
significaret,

significaret, esse poëmatis huius versus numero trecentos triginta tres, observato studiosè numero ternario. Nunc autem tibi damus trecentos cum duodecim. Postremum quidem horum Hexametrorum, huiusmodi (si recte memini) fuisse puto:

αὐτὸν γάρ θιάδε Θεοφίλον τέκος ἐν λοιπαις ἔνναις.
At qui eum Billiana versionis defectum, hac editione resarcio, ut integra D. Amphiliochij epistola lectori exhibeatur.

103.

Vers. 310. καθολικῶν ἐπισολῶν) Ita hæ nominantur, quod non unitanum urbi aut provincia, sed universalis Ecclesia inscriptæ sint, Iac. 1. 1. 1. Petr. 1. 1. 2. Petr. 1. 1.

Vers. 311. τίνες μὲν Euseb. lib. 3. cap. 25. fol. 28: τὸν ἀντιλεγομένων, γνωρίμων δὲ οὐδεὶς τοῖς τολμοῖς, οὐ λεγομένη ἵσκων φέρετ ταῦ, καὶ οὐ ισδέα, οὐτε τετραγήνετος ἐπισολὴ καὶ οὐδομαζουμένη δευτέρας καὶ τρίτης ἰωάννος, εἰτε ταῦ ἐναγγελισθεντος τογχανόντος, οὐτε καὶ εἰτερος ὅμωνύμιας ἐκάννος. Ex illis qua in dubitationem quidem vocantur, sunt tamen à plurimis recepta, est epistola, qua Iacobi dicitur & Iude, & secunda Petri, item secunda & tertia, qua Iohannis nomine inscribuntur, sive illæ ab Evangelista, sive à quopiam eodem

nomine appellato perscriptæ sunt. Nicephor.
lib. 2. hist. eccl. cap. 46. fol. 146: De quibus
addubitatum fuit, haec sunt. Prima inter
Catholicas Iacobi, fratris Domini: & septi-
ma Iudeæ, fratris eius: item posterior Petri
epistola. De his enim anceps apud antiquos
fuit opinio. Præterea ex tribus quæ dicuntur
esse Iohannis, extra primam, reliquis duabus
aliquandiu non integra data est autoritas:
nam alterius Iohannis presbyteri esse creditæ
sunt, qui Ephesi post Iohannem Ecclesiæ præ-
fuerit: ut Papias Hieropolita dicit, duo mo-
numenta Ephesi esse memorans, unius atq;
alterius Iohannis: quorum unius Presbyter
dicit, discipulum se ipsum nominat. Recensens
enim Apostolorum seniores, duorum istorum

Vid. Euseb. meminit, ita inquiens: Quod, si quando
lib. 3. hist. eccl. quispiam, qui seniorum Apostolorum sectator
et. cap. 39. fuisset, advenisset, illorum requirebam ver-
fol. 31. Gr. ba & sententias, quid scilicet Andreas dixis-
set, aut Petrus, aut Philippus, aut Iacobus:
aut quid Iohannes, Matthæus, aut alius quis-
piam Domini discipulorum: que item Ari-
Euseb. lib. 3. stion aut Iohannes Presbyter. (ὁ γὰρ τὰ ἐκ
hist. eccl. cap. τῶν Βιβλίων τοσῦτον με ὀφελένων ὑπελάμβα
39. fol. 31. νορ, δοσομ τὰ ταράχατα τῶν φωνῆς καὶ μενύσας.)
Gr.

Non

Non enim libris tantum me, quantum viva
voce adiuvari credebam. Eius igitur presby- 105.
teri Ecclesie Ephesiorum secundam & tertiam
epistolam, & Apocalypsim insuper non-
nulli esse (εφαντωθησαν) somniarunt: Pau-
li autem Epistolarum, praeterquam quae ad
Ebraeos est, omnes indubia, certaque permane-
serunt autoritatis. Et Hieronymus in Cata-
logo scriptorum, tom. fol. 119: ιερωνυμος μισθι
μονιμος συνεγραψατο επισολιων, οπις των
επιστολων μνημονιου τη γραψαν. ηδε τινες παρεπε-
ρο τινος επιστολης ανταντανεπιστολης ταυτων
φωνησιον, ηδε κατα Βραχυ τη γραψαν προσιν-
το, αιθεντικας τινος επελωθεντο. Iacobus
tantum unam scripsit Epistolam, que de se-
ptem Catholicis est. Atque hanc nonnulli sub
 eius nomine ab alio quodam editam affe-
runt: licet paulatim tempore procedente au-
toritatem obtinuerit.

Vers. 316. τινων ορκωσαντιν) Vid. paulo
antea, pag. 97.

Vers. 325. χριστων εποιο) Sub finem car-
minis, autor ipse affirmat, se data opera
CCCXXXIII. versus ad Seleucum exa-
rasse, qui sane omnes aptissime inter se cohe-
rent, excepto hoc unico, qui ultra numerum

G 5 modò

Niceph. lib.
2. cap. 46.
fol. 146.

modò præfinitum redundare, atq; ab alio quodam insertus videtur. Quamobrem eum lineolis ῥαριθτος includere, ac lectoris iudicio permettere libuit,

In eiusdem Amphilochij τρισίχου, collarij loco, sive ut hodiè loquimur, post scripta demum annexum.

Αγνέας τ³) In ms. ἀγνέας fuisse, arguunt ductus literarum, partim evanescentes, partim à blattis arrosi; quod cum ἀγνέας vocabulo permutandum censui. Altero versu, codex ms. habet ἄνοι, cum tamen ratio Syntaxos nullum nisi accusandi casum admetat. Erroris caussam, eandem autumo, quam diversarum lectionum, vers. 84. 91. 108. 143. Ο⁴ 147. nempe quod librarius hac non è Prototypo suis ipsius oculis crebrius inspecto transcriperit, sed ex alteris dictantis ore tantummodo excepit. Aut igitur Anagnostes legit, εὐλυχοψ ὄνοι, id est, vivam sive animatam domum, quo pacto corpus humanum à Prudentio Cathemerinō hymn. 10. v. 133. anid mæ domus nominatur; aut in trisyllaba voce ἄνοντε postremam literam inter pronunciandum absorpsit, unde in amanuensis aurib^o. nac^o ἄνοντω, duntaxat ἄνον uel ἄνον re- sultavit.

Vid, ^{supra}
p^{25.} 102.

sultavit. Quam sententia magis probo, prae-
sertim cum videam εὐφύχος Epitheton, τὸν
ἄνοντος vocabulo iam olim iungi solitum, ut
patet è veteri Senario:

107.

Ἐκάνεν δὲ Βασιλεὺς οὗτον εὐφύχοντα.
Rex est animata quadam imago Numinis,
Ad calcem postremi versus Iambici, ne quid pag. 220.
dissimulem, de meo adieci τέλῳ, ut integrum
sibi constaret metrum; in ceteris, manuscripti
autoritatem fideliter secutus fui, quod idem
etiam in utriusq. Gregory, Nazianzeni &
Nysseni, non quidem epistolis, sed integris
tractatibus ac propè voluminibus, nusquam
hactenus editis, Deo clementer largiente, pre-
stabo. Interim amicus Lector, hoc meum stu-
dium aqui boniq. consulat, eog. prosperè frua-
tur, commendatus patrocinio præpotentis

Dei, trini atq. unius, in secula

sempiterna benedicti,

AMEN.



CATA,

CATALOGVS SCRIPTO
rum, quæ D. Amphilius, Epis-
copus Iconiensis ad posteritatem
transmisit.

δέ λόγος πάθει τὸν ἄρχοντα, Oratio de Filio Dei.
Citatur à Theodoreto dialog. 3. cap. 27. p. 132.

Oratio de Spiritu Sancto, quam sibi quodg-
uisam & lectam, Hieronymus tom. 1. fol. 137.
affirmat, his verbis: Ἐμφιλόχιος, ικονίος ἐπί-
σπους Θεοῦ, οὐδόν γνόν μοι λόγον αὐτούνω πάθει τὸ
ἄγιον τονεύματα Θεοῦ, οἵτινες καὶ προσκυνήσ-
θειν, δεῖτε δὲν ταυτορρότερον. Amphilius,
Iconij Episcopus, nuper mihi librum legit de
Spiritū Sancto, quod Deus est, & quod ada-
randus, quod ergo & omnipotens sit.

Oratio de vita & miraculis Basiliij Ma-
gni, cuius mentionem facit Nazianzenus.
Monodia, fol. 1. Habetur Vienna, in Biblio-
theca Imperatoria, codice ms.

Oratio in peccatricem, qua Dominum
inunxit, & Pharisäum.

Alia oratio, Quod desperandum non sit:
Citatur in Bibliotheca Gesneri, fol. 83.

Diversæ eiusdem Homiliae sive Orationes:
ἐν τῷ, Εἰ διωκτόν, ταξιδεύετω ἀπ' εὐρ-
ηκαστήρα τάτῳ. In dictum Christi, Matth.
26. 38:

26. 39: Si possibile est, transeat à me calix
iste. Caturat à Theodoreto, dialog. 3. c. 27. p. 131.

τὸς τῷ, ὃ δινάτατο ὁ Ἰησοῦς τοιᾶν ἀφ' ἑωρᾶ
δούλου. In locum Christi, Non potest Filius fa-
cere à se ipso quicquam. Ioh. 5. 39. Allegatur
à Theodoreto, dialog. 1. cap. 27. pag. 129. Di-
al. 2. c. 34. p. 149. 150. & Dial. 3. c. 27. p. 132.

τὸς τῷ, ὃ ταῦτα με μάζων ματέσι. In di-
clum, Pater maior me est. Ioh. 14. 28. Citan-
te Theodoreto, dial. 1. c. 27. p. 127. Dial. 2. c. 34.
p. 149. Dial. 3. c. 27. pag. 131.

Eiusdem Fragmenta vel Sententia, quarum
insigniores è Patribus collectas,
hic subijcio.

De Nativitate CHRISTI.

Nisi ille natus esset (συγνώμως) carnaliter;
neg, tu natus es spiritualiter. Nisi ille por-
tasset servi formam: neg, tu ad gloriam ad-
optionis filiorum natus es. Apud Cyrill.
Episcop. Alexandrin. in Apologetie. tom. 2.
fol. 68. Et Concilij Chalcedonens. Actione
prima, fol. 83.

De donis Magorum Orientalium, Matth. 2. 11.

Quoniam idem, ipse est & Rex & Deus
morte

109.

mortem propter dispensationem passionis gau-
stavit. Dona, mysterij sunt indicia. Offerunt
aurum: agnoscunt enim eum esse Regem.
Offerunt & thus, sicut Deo: offerentes &
myrrham, propter mortem in mysterio pas-
sionis. Act. Concil. Chalcedonens. fol. 38.

De morte Christi.

Propter hoc Christus semetipsum exinan-
vit, ut nos omnes de plenitudine eius accipe-
remus. Illius mors, nostra facta est immorta-
litas. Domini passio, servo facta est exalta-
tio. Ibid.

De manifestatione Christi resuscita-
ti, Ioh. 20. 27.

Thome dubitanti de resurrectione, ostendit vestigia clavorum, & vulnerum cicatri-
ces. An igitur non potuit se ipsum sanare post
resurrectionem, qui omnes etiam ante resur-
rectionem sanaverat? Αλλὰ δι' ἣν μὲν τὸς
τύπος τῶν ἡλων δέκανυσται, ταρπάδηδωσιν, ὅτε
τεῖο. Δι' ἣν δὲ κακλασμάνων τῶν θυρῶν ἐτόξοι,
δέκανυσιν, ὅτε δὲ τοιότο. Τοῦτο μὲν, ἵνα τῷ
ρώσῃ τὸν τρόπον τῆς δικονομίας, ἐγέρεται δὲ τοῦ
νεκρωμάτου. Οὐ τοιότον δέ, ἵνα μὴ τῷκλινήπει φθορᾶς, μηδὲ τῷκλινήπει θάνατον. Per
hoc quidem, quod monstravit vestigia cla-
vorum,


vorum, idem esse corpus evidentissime ostendit. Per illud verò, quod ianuis clavis, ad discipulos ingressus est, ostendit, non esse tale, quale prius fuerat. Idem ergo corpus retinuit, ut dispensationi sua satisfaceret, resuscitando corpus mortuum. Qualitatē mutavit, ne iterum obnoxium esset corruptioni, aut de novo mortem sustinēret. Theodoret. dial. 2. cap. 34. pag. 150.

De resurrectione mortuorum.

Ανθρωπός ἐστι φραγτὸς αἰνειαδὸς
τοῦ γάλης φυσιοῦ θνήτου τοῦ δύνατος κακο-
νεοῖσιν, οὐ τοῦ φθερτὸν τοῦτο, οὐ δύνατος τοῦ
φθεροῖσιν. ὅπερ τὰς ἀκρίβειας, τοῦ θνήτου τοῦτο
τοῦτο δεινότερος, ἵνα μὲν ἀλλοὶ νομίσωσι σαρκὸς
τένες σαρκί. Humanitas ad incorruptibilita-
tem renovata est. Oportet enim, inquit Apo-
stolus (1. Cor. 15: 53.) hoc mortale induere im-
mortalitatem, & hoc corruptibile induere in-
corruptibilitatem. Vides, quam accuratè lo-
quamur, mortale hoc quasi dīgitō monstrans,
nepūtes aliam carnem; præter HANC,
resurrecturam esse. E Theodoreti,
dialog. 3. c. 27. p. 132.

F I N I S.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000



Ab 1856. 8




D ~~TD~~ HAL

UD 17

a 1

Farbkarte #13



IVI AMPHI
SCHII, DE STV
DIIS RECTE FOR
MANDIS

ISTOLA GRÆCA:
NC PRIMVM POST
os MCCXL. è veteri codice
uscripto in lucem prolata, & eodem
genere carminis Latinè redditia, bre
vibusq; insuper Notis
illustrata

JOACHIMO ZEH.
N E R O.



ANNO M D C I X,
SCHLEVSINGÆ
bastianus Schmuccius excudebat,